

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

3 Martii. 5 Nonas Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

dat corpus paralyticus sanatus est:  
cujus pileo febres depulsæ sunt:  
impetra mihi cor plenum sanctæ  
humilitatis, & charitatis.

S. Luca Casali, cui, cùm jam cæ-  
cus iter faceres, illudere volentes  
comites tui, dixerunt: populum  
concionem à te præstolari. tu verò,  
conscenso tumulo, de Deo ardenter  
locutus, cùm finem dicendi faciens  
dices, *per omnia sacula scularum;*  
saxa circum omnia (ut cæco Bedæ  
alias) disertè respondere, *Amen,*  
*Amen.* & comites tui eo miraculo  
ad bonam frugem conversi sunt: ac  
postea ibidem templum sub tuo  
nomine erectum est.

## OMNES SANCTI, &amp;c.

pag. 44.

S. MARIA, *qua de hodie mortuo*  
Arnulpho tuo, *jam olim dixeras:* Vas  
electionis est mihi iste. *Elige me,*  
*mundame;* *ut sim vas electum à Deo,*  
*in honorem tuum!*

3 Martii. 5 Nonas Martii.

S. Kunegundis Imperatrix, Virgo  
Conjux, quæ, illæsis pedibus,  
candenti ferro inambulâsti; post S.  
Henrici Imperatoris conjugis mor-  
tem, Religiosa in cœnobio vixisti;

O mor-

242 ANNI CÆLESTIS

moritura, S. Henricum, conjugem  
tuum virginem, è cælo tibi præsen-  
tem vidisti, & secula in cælum es;  
corpore tuo in ejus sepulchrum il-  
lato, & illo tibi locum penes se ul-  
trò parante; ut Romæ S. Stephano  
S. Laurentius: ac postea vitam ad-  
tuum tumulum mortui reperere. O  
reperiā ego, per tuas, & sancti tui  
conjugis, preces, in morte meā vi-  
tam! ut in æternitate vitæ vivam  
cum Henrico tuo, & tecum, apud  
vitæ fontem Deum, cuius melior  
est misericordia super vitas. Amen.

S. Leo Ep. M. cuius caput, pro-  
Christo amputatum, fontem exca-  
ravit, &, Angelo comite, à te ad æ-  
num stadium est deportatum.

S. Titiane Ep. qui morte, illo  
die, quo prædixeras, obitâ, cuidam  
apparuit gloriosus è cælo.

Sancti Marinemiles, & Asteri se-  
nator, Martyres.

Sancti Hemiteri, & Cheledoni,  
milites Martyres; quorum capita  
cum lictor amputaret, in omnium  
conspictu, alterius vestrûm annu-  
lus aureus, alterius candidum lin-  
teum, in cælum evectum est.

S. Caluppane, super cuius, in  
faxo concavo habitantis, caput ser-  
pentes cadebant, collo tuo ligati,  
nec

nec tamen te lædentes : cuius ori  
draco os suum conjunxit; sed à te  
Oratione Dominicâ est fugatus.

Sancti Felix, Luciole, Fortunate,  
Marcia, & socii MM.

Sancti Cleonice, Eutropi, &  
Basilisce, milites, pro Christo cruci-  
fixi.

S. Winvaloce Abba, regiâ stir-  
penate, cui S. Patritius, vultu An-  
gelico, auro coronatus, apparuit:  
qui tui etiam discipuli matrem , ut  
sanctius morcretur , à morte revo-  
câsti ad vitam; & sanctâ, quam ab  
Angelo didiceras, morte , ad aram,  
post acceptum sacratissimum via-  
ticum, obiisti ; ad quam te, centies  
de die , & nocte centies orando  
flexis genibus , præparabas , & ad  
quam te invitans Angelus , dixit:  
Euge, Winvaloce, serve Dei ! Cali-  
cola omnes te civem cupiunt habere  
suum.

OMNES SANCTI, &c.  
pag 44.

S. MARIA , quæ impetratâ hodier-  
no tuo Ruperto sapientâ. monuisti:  
Ne torpescas orio ; & gratiam tibi  
datam ne negligas. Doce me scire, qua  
scire debo; nec scire, qua debo ignorare,  
& ut gratia Dei in me vacua non  
sit!

O 2      4 Martii..